

Theologia moralis in ver. Conscientia, num. 8. §. Ut opinio cognoscatur, in hac verba: Opinione probabilem non facit multitudine Doctorum eam sequentium, si eam non confirmet optimis rationibus, quia negare non possumus turbam Doctorum aliquando amplecti opinionem absque defectu rationum, nisi saltem rationibus non exacte ponderatis. Unde optimi Navar. in Manual. cap. 27. num. 289. ait: Communiorem censeri opinionem approbatam à se, vel septem autoribus Classis rem ex professo tractantibus, quam à quinquaginta solummodo peritorum autoritate dabit. Allegat Alexandrum solà ferè peritorum autoritate dabit. Allegat Alexandrum conf. 202. Viso rhemate num. 7. lib. 7. & consentiunt Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 44. num. 2. & Paulus Comitulus & ante eos Joan. Major. quorum verba superius retulimus in 3. qu. num. 348.

438 Limita nunc tertiam conclusionem superius firmatam, ut procedat si rationes opinionis singularis, ut opinionis communis sint æquales, vel quasi æquales, tunc enim explorari juris est opinionem singularem unius Doctoris nullam facere probabilitatem contra opinionem communem: scilicet vero si opinio unius Doctoris ita resolveret argumenta contraria & confirmaret sua, ut suam redderet aut certam, aut longè probabiliorem, tunc enim esset sufficiens fundamentum eam tenendi, & secundum illam operandi etiam contra communem. Hanc limitationem admittunt communiter omnes Theologi, ut attestatur novissime Candidus Philalethus in tract. De opinionum praxi quest. 8. pag. 158. vers. *Dico primo* & in specie eam tenet Valquez in 1. 2. qu. 19. art. 6. disp. 62. cap. 4. in princ. Azorius Inst. moral. lib. 2. cap. 17. quest. 6. Salas 1. 2. qu. 21. disp. unic. scilicet 7. num. 74. & alii apud Sanchez in Decal. tom. 2. lib. 1. c. 9. num. 10. & consentiunt Jurisperiti, qui unanimiter tradunt communem opinionem non esse attendendam, cum contraria melioribus rationibus, & argumentis probatur. Ita Joan. Andr. Abb. & Felin. in cap. 1. sub. cod. de complures alii, quos supra citavimus in 3. qu. num. 276. quibus addimus Rotam decis. 501. post princ. par. 1. divers. S. graph. decis. 1360. à num. 2. & in Romana de Ghezzi 9. Februarii 1635. coram Card. Patriolo, & sepe alias: & probatur efficaciter in d. l. 1. §. Sed neque, C. de ver. Jur. encl. in cap. 1. de iis que sunt à major. par. Cap. 6. in c. Sane quippe 9. dist. Quibus iustus, & æqualis est illi sententia inhere, quæ melioribus rationibus solvetur: cuius Imperator sit in opinione contraria, l. *Armitus*. ff. De Minor. Dec. conf. 219. *Visti his in princ.* Quod enim quis magis ratione nititur eo majoris auctoritatis eius verba esse videntur, ut legitur in §. 1. dist. 20. Unde Augustinus dicebat: verbo credendum, disputatione pugnantium, ratione vincendum, ut referunt in cap. *Vides* 23. q. 6.

441 Ceterum admodum sumus in hoc, magni cum circumspectione & cautela procedendum esse: ne crebro & passim à communi opinione recedamus sub pretextu, quod contraria sit probabilior; nam ut inquit Angelus in ver. *Opinio* num. 1. Silvester, *ibidem* num. 2. Non licet à communi sententia recedere, nisi habenti pro se rationem certam & convincentem; & Salen. in 2. 2. quest. 63. art. 4. *controv.* 2. in ult. notab. scripsit eos qui in rebus moralibus parum versati sunt, non posse rati conscientia quod in uno vel altero Doctore inveniant, sequi; quia potest illis probabilis videri ex sententia, cum tamen apud peritos non talis habeatur; quare concludendum est cum Hostien. in cap. 1. in fin. *sup. cod.* videlicet communem opinionem semper esse tenendam: nisi notorie male dicitur vel rationaliter convincatur; & concordant ibi Joannes Andreas *ibidem* in fin. & reliqui omnes: ut fultus dictum est supra in eodem fundamento, num. 276.

442 Quarta conclusio à precedenti non absumit. Sola auctoritas unius Doctoris non reddit opinionem probabilem, nec est sufficiens fundamentum opinandi & rebus operandi, quando in contrarium sunt plures Doctores æqualis vel majoris ponderis. Ita Joannes Major. in 4. questione 3. *prol. concl.* 5. ubi ait: *Doctus circumspicit major fides dicitur quam uni, tribus quam duobus, quatuor plerumque tribus, & sic fit sine fine.* Et probatur, quia secundum Philosophum alius citatum 1. Topic. cap. 1. & S. Thomam in *opusc. de fallac. cap. 2.* Probabilia sunt que videntur omnibus vel pluribus. Ergo que videntur paucioribus, non sunt probabilis. Item probatur in c. in *Canonibus* 19. dist. ubi Augustinus ait: *In eis verbis (scilicet Scripturis Canonibus) que non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores minorisque auctoritatis Ecclesia tenent.* Item probatur ex verba Edicti Theodosii Imperatoris superius relatis in tertia questione in 22. fundamento pro patenegrativa: videlicet, *Ubi dicitur sententia proferantur: potior numerus vincat Auctorum, vel si numerus æqualis sit, ejus partis præcedat auctoritas in quâ excellentior ingenii vir Papiamus emineat, qui ut singulos vincat, ita vult duobus, facit textus in c. Prudentiam §. Illa quippe, ibi: *Doctus quam uni, tribus quam duobus de offic. deleg. & in l. Dux in tribus, ff. De re judic.* Item probatur*

ratione, quia cum pro una parte sint plures Doctores æqualis vel majoris ponderis & pro alia pauciores: necesse est ut altera intellectus declinet in eam partem que majori pondere auctoritatis prægravatur, cum secundum Philosophum in 2. de animâ text. 153. opinari non sit in nobis, ut fultus explicatum est supra in tertia questione in primo fundamento partis negativæ, num. 257. Demum cum opinio in qua rationes sunt æquales, sed præponderant Auctores; sit probabilior, ut in 1. Topic. d. c. 1. Hæc tertia conclusio probatur omnibus fundamentis, quibus in tertia questione probatur eam in conflictu opinionum eligendam esse probabiliorem.

Procedit tamen hæc conclusio, ut prædixi; in eo tantum casu in quo rationes utrinque sint æquales vel quasi; tunc enim opinio unius non est opinabilis contra opinionem plurium æqualis vel majoris gravitatis; scilicet vero si opinio unius esset verior, seu probabilior & validioribus rationibus munita; quia tunc præferenda esset opinioni nedum plurium, sed etiam communi: ut pluribus probatur eam in precedenti conclusione, *num. 438.*

Quinta conclusio: Auctoritas unius vel alterius aut etiam plurium Doctorum non reddit opinionem probabilem: ita ut sit sufficiens fundamentum opinandi & operandi, quando in contrarium sunt totidem Doctores æqualis ponderis & rationes utrinque sunt pares: Imò intellectus, nec moraliter nec philosophice potest eligere utramque vel alteram, quia secundum Philosophum *leptus* citatum in 2. de animâ text. 153. Non habet libertatem ad libitum opinandi; sed in æquilibrio auctoritatem utrinque æqualem & rationum æquæ probabilitatem & sic in paritate contrariorum motuum cogitur quiescere & remanet suspensus ac dubius: ut pluribus argumentis ad hominem probatur eam supra in 2. questione, in *primâ conclusione pro parte negativâ, à numero 125. usque ad numerum 171. & præsertim in 1. 2. 14. & 16. fundamentis, num. 162.* & in hoc dubio tenetur ex præcepto sequi opinionem tutiorem: ut ibidem latissime firmatum est in 2. conclusione ab eodem numero 171. usque ad num. 191.

Sexta conclusio: Cum pro una parte sint Doctores numero plures, & pro contraria graviores, censetur esse æqualis auctoritas, ut est text. singularis in d. c. In *canonicis*, in fin. 19. dist. ubi Augustinus ait: *Si autem alios (scilicet canonicas scripturas) invenieris à pluribus alias à gravioribus haberi (quamquam hoc inveniri vix possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas putato.* Ratio est, quia ibi reddidit gloss. in *vers. Plures*: quia dignitas personarum compensatur cum numero, & est simile in testibus, ut cap. In *notitia*, de testib. & in *creditoribus*, ut l. *Majorum ff. De pactis*. Et patet exemplo flateræ, que si in una parte habeat unicum pondus unius librae, & in alia duodecim distinctas unius remanet æquilibris, & in neutram partem inclinatur. Sic intellectus si pro una parte habeat plures auctores, & pro alia graviores, & rationes utrinque sint æquales, in hæc paritate contrariorum motuum neque in hanc, neque in illam partem declinare potest, sed cogitur quiescere, & remanet suspensus, ac dubius. Et in hoc dubio non habet facultatem eligendi utramque opinionem, vel alteram, cum opinari non sit in nobis, sed tenetur omnino sequi partem tutiorem, ut dictum est in precedenti conclusione.

Septima conclusio est: Cum pro una parte fiat opinio unius vel alterius, aut plurimorum Doctorum, & pro alia sint totidem auctores, qui tamen sunt magis fide digni, & majoris ponderis rationes vero utrinque sunt æquales, vel quasi æquales, & tunc auctoritas Doctorum minoris ponderis non reddit opinionem probabilem, ita ut sit sufficiens fundamentum opinandi & operandi. Imò ut inquit Paulus Comitulus lib. 5. quest. 17. nisi quis habeat conscientiam, seu fidem quod illi doctores, quos sequitur, sint magis fide digni, quam alii, peccat illos sequendo, qui sentiant pro parte periculosa. Probatur in d. cap. In *canonicis*, in fin. 19. dist. nam ibi Augustinus dicit: *Scripturas canonicas, quarum alie accipiuntur à pluribus, & alie à gravioribus, æqualis auctoritatis esse habendas, nimirum quia gravitas æquipollat numero, & sit æquilibrum, ut dictum est in conclusione precedenti.* Ergo si pro utraque parte sint numero pares, sed pro una sint graviores, non fit amplius æquilibrum, sed præponderat pars illa, in qua graviores reperiantur, sicut si in dextra parte flateræ sint duodecim distinctæ uncie, & in parte sinistra duodecim distinctæ librae, proculdubio numerus unciarum ut cumque æqualis minime æquipollat ponderi duodecim librarum, sed librae uncie præponderant: Item probatur ex precitato loco Aristotelis 1. Topic. cap. 1. ubi habetur *probabilis esse que videntur sapientibus, vel pluribus, vel maxime notis, atque præcipuis, ut ibi explicat Alexander, & Boetius de differ. Topic. cap. 4. post principium.* Ergo in paritate numeris sapientium solum maxime notis, & præcipuis reddunt opinionem probabilem. Ac demum probatur omnibus motibus, quibus in 3. quest. probatur eam in conflictu opinionum

sequendam esse magis probabilem & præsertim ex illo, quod non sit liberum opinari, de quo supra n. 257. Ergo nec physice opinari possumus, nisi illam partem, que habet graviora motiva: & consequenter in paritate rationum utrinque probabilium, ubi sunt auctoritates majoris ponderis, illam partem opinari necesse est.

448 Octava & ultima conclusio: Auctoritas unius gravis Doctoris reddit opinionem probabilem & est fundamentum sufficiens eam tenendi & ad proximum deducendi, si in contrarium nullus occurrat Doctor & utrinque sint rationes æquæ probabiles. Ratio lupus conclusionis est, quia rationes opinionis auctoritate munitæ præponderant rationibus æquæ probabilitatis alterius opinionis auctoritate destitute: Nam ut inquit S. Thom. in 1. 2. quest. 13. art. 6. ad 3. Nihil prohibet si aliquando duo æqualia proponantur secundum unam considerationem, quin circa alteram consideretur aliqua conditio, per quam emineat & magis flectatur voluntas in ipsam, quam in aliam. Unde in æquilibrio rationum opinio cui favor auctoritas, judicari debet probabilior & consequenter hæc conclusio probatur omnibus fundamentis, quibus in 3. quest. probatur eam esse contra opinionem oppositam probabilioris esse eligendam. Conferat text. in c. *fin. de Presby. non hospite*. Ubi in questione. An Ordinatus, ante Baptismum recipiat Ordinis characterem, referuntur rationes sine inde probabiles & tandem prælegitur sententia cui favor auctoritas Concilii. Item conferat dictum S. Bonaventuræ supra citati, num. 423. videlicet, *pondus auctoritatis inclinat ad actum, præcipua si grave sit.* Ergo cum flatera intellectus habeat rationum pondera utrinque æqualia & in altera lance ultra pondus rationum habeat etiam pondus auctoritatis, necesse est ut inclinetur in eam partem, in qua pondera simul juncta sunt æquales omnia & pares quilibet minima præsumptio vel probatio pro una parte facit illam prævalere, ut notat. Alex. conf. 236. *Peripetis*, num. 6. *vers. Et quilibet probatio levis etiam minus legitima lib. 6.* Allegat Baldum post glossam in cap. 1. §. *Si duo de pace tenend. in verb. feudor.* & idem Alexand. conf. 112. *In causâ num. 8. in fin. lib. 4. Marfil. singul. 271. Testis de auditu.*

Itaque pro corone conclusionum ita demum auctoritatem unius Doctoris in moralibus efficere opinionem probabilem, ita ut liceat eam tenere & ad proximum deducere,

si sex conditiones infra scriptæ simul concurrant.

Prima est, ut Doctor ille sit in morali materia peritus & timorata conscientia, ut constat ex dictis supra in princ. hujus quartæ questionis num. 403. alioquin ejus auctoritas nihil conferret ad probabilitatem, sed vis tota constituenda esset in momenti rationum, arg. l. 1. §. *Sed neque, C. De veter. Jur. chusl.*

Secunda est, ut articulo examinato moveatur non levis fundamentis; nam auctoritas rationibus destituta nihil habet probabilitatis secundum ea; quæ dicta sunt supra à num. 406. usque ad num. 418.

Tertia est, ut opinio illa non contineat errorem contra Legem Dei vel Ecclesiæ, ut patet supra in 2. conclusio, num. 425.

Quarta, ut non sit contra communem aliorum opinionem, ut in 3. & 4. *conclus. num. 433. & 442.* nisi opinio singularis sit verior, ut num. 438.


Quinta, ut opinio unius Doctoris non habeat contra se opinionem æquæ probabilem, eod quod in oppositum sit alius Doctor paræ auctoritatis; & rationes utrinque sint æquales: nam eo casu ex æquilibrio & æqualitate contrariorum motuum mentis oritur propriè dubitatio; & ideo ex præcepto oportet sequi partem tutiorem, ut patet ex dictis supra in 5. & 6. *conclus. num. 443. & 445.*

Sexta & ultima conditio est, ut contraria opinio non sit magis probabilis, quia tunc tam physice, quam moraliter necesse est illam sequi secundum ea quæ dicta sunt supra in 7. & 8. conclusione num. 447. & 448. & latissime Probatur eam quadraginta duobus fundamentis, in 3. quest. principali per totam.

Qui vero his conditionibus non concurrentibus in materia motum sequitur opinionem unius Doctoris pro parte periculosa, in plane agit contra conscientiam & dicantem rationis; & ideo edificat ad gehennam, ut c. *Per tuas il. 2.* cum ibi notatis per Abb. & Doctores de *Simon. & c. Quoniam omne de prescript. & fultus dictum est supra in 3. qu. num. 260.*

Quæ tamen omnia reverenter subijcio determinationi, ac censure Sanctæ Matris Ecclesiæ.

Et ex his absolvetur sit præsentis tractatus de opinione probabili ad laudem Dei omnipotentis, qui est gloriosus in secula. Amen.



DE CONSTITUTIONIBUS
Innocentius III. Senon. Archiepiscopo & Episcopo, Trecent.

CAPUT VI.

Cum omnes: & infra. Ad audientiam nostram pervenit, quod Trecentis Canonici novum fecerunt in Trecenti Ecclesia constitutum, ut eis tam in præsentia quam in absentia redditus suos ex integro perciperent, qui in eadem Ecclesia post illam constitutionem fuerint vel de cætero fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant; sed tunc solum cum fuerint residentes: cum secundum Trecentis Ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueverunt esse pares. Stauerunt etiam ut (cum singulis præbendis annexæ sint vineæ) ipsi suas dim vixerint possidentibus; vineæ decedentium ad successores non transeant; sed proventus earum inter singulos dividantur. Cum igitur quoddam quisque juris in alterum statuit, ipse debeat uti eo: & sapientis dicat auctoritas Patere legem quam tu ipse tuleris, mandamus quatenus antiquos Canonicos junioribus & juniores in perceptione fructuum tam præbendarum quam vinearum coæquetis antiquis, secundum priorem consuetudinem usque ad tempus prædictæ constitutionis servatam vel secundum rationabilem institutionem in posterum observandam.

SUMMARIUM.

- 1 Intellectus triplex hujus cap. & num. seq. usque ad num. 11.
- 2 Constitutio Capituli super his que pertinent etiam ad Episcopum, sine Episcopo facta non valet.
- 3 Capitulum sine Episcopo consensu non potest statuere super residentibus.
- 4 Nec super statu Ecclesiæ.
- 5 Consuetudo non inducitur per observantiam juris communis.
- 6 Rescripti vel privilegii idem continentis quod jar commune, non oportet mentionem facere in secundo rescripto vel privilegio.
- 7 Idem in statuto vel consuetudine.
- 8 Constitutio Capituli que non est communis omnibus &

- 9. Constitutio Collegii in damnationem aliorum & commodum aliorum, cessante rationabili causa non tenet.
- 10. Major pars Capituli sine rationabili causa non potest tollere consuetudinem, utilitatem privatam nutriendo.
- 11. Consuetudo non respiciendi & percipiendi fructus beneficii in absentia, an valeat & num. seqq. usque ad num. 36.
- 12. Quid in beneficiis simplicibus, num. 12. Et quid in beneficiis in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, num. 18. Et quid in beneficiis curatis, num. 36.
- 13. Beneficia omnia de jure communi scripto residentiam requirunt.
- 14. Beneficia datur propter officium.
- 15. Beneficia simplicia de generali consuetudine personalem residentiam non requirunt.
- 16. Sed satis est illi deservire per substitutum.
- 17. Consuetudo non respiciendi in beneficiis simplicibus valida est.
- 18. Consuetudo obtinendi plura beneficia simplicia, si unam sit sufficientem ad sustentationem, an valeat.
- 19. Consuetudo percipiendi fructus prebende in absentia in Cathedralibus Ecclesiis valet de jure communi.
- 20. Clericus vagabundus potest ad residentiam revocari, licet ejus beneficium personalem residentiam non requirat.
- 21. Consuetudo percipiendi fructus prebende in absentia, an valeat eo casu, in quo Canonici absentes non inseruit per substitutum.
- 22. Et quid post Concilium Tridentinum.
- 23. Consuetudo immemorabilis, secundum quam ex quavis causa & ultra tres menses ab Ecclesiis Cathedralibus esset licet sublata est a Concilio Tridentino.
- 24. Consuetudo Ecclesie Compesellana, quae dignitates absentes pro iustitia ministranda habetur pro presentibus sublata est a Concilio.
- 25. Consuetudo etiam immemorabilis non excusat Canonicos ab aliquo horum illius dicit, quae choro interesse tenentur eo praesente, quod adfuit illi ab ipso missi.
- 26. Consuetudo non respiciendi cum Ecclesia vel dignitate nullus habent redditus, licet valeat de jure communi tamen sublata est a Concilio Tridentino in Constitutionibus & Curatis.
- 27. Archidiaconus & Archipresbyter Avimanus tenentur residere, licet nullos habeant redditus; sed solum solum in Choro.

Cum omnes. Legitur tripliciter. Prima lectura est Innocentii sub num. 1. *vers. Vel dic. illud habere locum & Bernardi Compostell. num. 4. vers. Unde cum statum, estimantium huic certum esse intelligendum in Constitutione edita a Canonici super Residentia sine consensu Episcopi: porissima enim causa cur non vauit haec constitutio secundum Compost. num. 5. fuit quia non interuenit Episcopi consensus, non autem quia esset iniusta: non enim iniquum est secundum Innocentium ut antequam Canonici in suis consuetudinibus remaneant percipiendi fructus in absentia; & novi qui scienter legem novam admiserunt, ea legentur & fructus in absentia non percipiunt; quia Constitutio futura respicit non praeterita, c. Cognoscentes sup. eod. c. Ant. 31. dist. 8. c. fin. *infr. eod.* Et secundum hanc lecturam. Hec Decretalis hoc intendit: Constitutio Capituli super his quae pertinent etiam ad Episcopum sine Episcopo secundum Cardinalem hic in princ. & num. 3. in 3. *opposit. vers. Veritas soluit Innocentius.* Et tamen in se vera, quia Capitulum sine Episcopo non potest super Residua Constitutiones condere, c. penult. *infr. eod.* & nota gloss. in c. 2. in ver. *Ex hoc de arbor. signif. lib. 6. Facit e. Cuius consuetudinis infr. de consuetud. & tenent hic Innoc. & Compost. locis citatis, Card. ubi supra & in 5. oppositioe num. 4. & Abb. num. 3. vers. strandus intellectus.* Cum residentiam Clericorum spectet ad officium Episcopi sine cuius licentia Clerici peregrinari non debent, c. Non oportet de consuet. dist. 5.*

Nec obstat textus in c. Cum dilectus *infr. de Cler. non resident. ubi Capitulum statuit super residentia, ut ibi patet in supra scriptioe.* Quoniam illud factum fuit auctoritate Episcopi sui vel non erat qui illud impugnet, alio non valuisse, nisi Papa illud ex certa scientia confirmasset. Et ita etiam potest intelligi, cap. 2. & 3. *infr. eod.* secundum Compost. & Joan. Andr. Et ex hoc intellectu colligit generaliter Capitulum statueri non posse super statu Ecclesie sine consensu Episcopi. Quod tenet Innoc. in d. c. Cuius consuetudinis, ubi est bonus textus *infr. de consuet. Et praeter Innoc. & Compost. tenent hic Burr. num. 45. Abb. num. 4. Felin. num. 9. Bero. num. 36. Calder. conf. 2. de Consuet. quos sequitur Ro-*

- 27. Decanatus Clodien. habens nulum praerogativam in Ecclesia sine jurisdictione, fructibus, dote, voce & loco in Capitulo, residentiam non requirit.
- 28. Canonici an possint in servitio Ecclesie & Chori sese invicem substituire.
- 29. Et quid in absentibus a civitate.
- 30. Et quid in pernoctantibus in suburbii.
- 31. Consuetudo etiam immemorabilis non respiciendi in Collegiatis Ecclesiis insignibus non valet. Et quid in non insignibus, ibid.
- 32. Immemorabilis consuetudo non respiciendi intelligitur, si de nullo profus solutum fuerit residere; secus si alii residerint, alii non.
- 33. Canonici collegiarum etiam non insignium, quibus cura animarum incumbit, tenentur residere non obstante contraria consuetudine, etiam immemorabili.
- 34. Consuetudo immemorabilis percipiendi in absentia quotidianae distributionis non tenet.
- 35. Canonici absentes tribus mensibus a Concilio permittunt non licentur distributiones, etiam si immemorabilis tempore illas percipere consueverint.
- 36. Consuetudo etiam immemorabilis non respiciendi in beneficiis curam animarum habentibus, eiusque per alium deservendi est corruptela.
- 37. Capitulum Cathedralis etiam sine Episcopo potest statueri de his, quae propria istius Capituli negotia respiciunt. Et an possit ejusmodi statuta, quae firmius observantur, penam adhibere, ibid. & num. seqq. usque in finem.
- 38. Penam imponendi facultas a jurisdictione dependit.
- 39. Canonici possunt se obligare ad penam quasi conventionaliter pro observantia statuti.
- 40. Penam stipulari possunt tacite etiam partes privatae.
- 41. Capituli major pars abique de necessitate vel utilitate Ecclesiae agit, potest praesumere minori in his, quae competunt Canonici ut universis.
- 42. Absentes vocati, aut non vocati in casibus, in quibus non sunt vocandi tenentur stare deliberationi factae a majori parte praesentium.
- 43. Capitulum potest penam adhibere quasi conventionaliter ex his, quae pacto privatorum promitti, ac in conventionem deduci possunt.
- 44. Sufficit consensus majoris partis, ibid.
- 45. Statuta Capituli cum penae adhesionem non officiat successores, nisi ab Episcopo fuerint confirmata.

deois. 21. apud Farinac. part. 2. recent. Abb. conf. 7. & conf. 9. lib. 2. Archid. & Gemin. in cap. Catholica 11. dist. 8. & in c. Contumaces 50. dist. 8. & alibi passim Doctores.

Quid autem in casu converso, an scilicet Episcopus super statu Ecclesiae statueri possit sine consensu Capituli, dicam in cap. Novit. de his quae sunt a major. par. cap.

Secunda lectura, quam recitat hic Anton. de Butr. in princ. est illorum, qui putant consuetudinem antiquam, contra quam Canonici fecerunt statutum, fuisse conformem juri communi; quia omnes Canonici in absentia nihil percipiunt. Et sic statutum in ea parte, in qua disposuit, ut Canonici antiqui perciperent fructus in absentia, fuit contra consuetudinem. Et secundum hoc Pontifex mandat ut antiqui & novi Canonici in omnibus conquirent, ita ut neque his, neque illis liceat aliquid percipere in absentia Et secundum hanc lecturam casus sic se habet. Stante consuetudine ut Canonici Curceni in absentia redditus non possent percipere, Canonici antiqui statuerunt ut novi starent consuetudini, & ipsi antiqui in absentia possent fructus percipere. Et de vineis annexis prebendis statuerunt ut novi nihil perciperent: Pontifex considerans nunquamque eodem jure uti debere, quod in alium statuit & dictum Sapiensis Patere legem, quam tu ipse valeret, praecipit ut quod statuerunt in alios, servent in seipsis, & nihil percipiant se nullus eorum habeat vineas annexas. Et secundum hanc intellectum verba illa textus, in hoc consueverunt esse partes, exponuntur, videlicet ut in absentia nihil perciperent. Sed hanc lecturam utcumque subtilem, & in se veram similiter arbitror non esse congruentem litterae hujus Decretalis: Moveor, quia consuetudo, secundum quam absentia nihil percipiunt, cum sit juri conformis, c. Conquerente, c. Tue & c. Cum ad hoc *infr. de Cler. non resident. cum multis similibus, & nota gloss. 1. hic in princ.* non dicitur consuetudo, vel observantia juri communi, quo utentes non videntur voluisse novam consuetudinem inducere, ut firmat Joan. Andr. in c. un. de Cler. conjugor. lib. 6. quem ibi sequuntur Anchar. Gemin. & alii, Fulgos. conf. 123. Praesuppositis num. 2. Alexan. in l. De quibus in princ. ff. De legib. & Roeh. de Curie in trac. de consuetud.

- 11. Si ergo Canonici Trecentis Ecclesie consueverint nihil percipere in absentia, hujusmodi actus abilitati perceptione fructuum non fuissent fundati super consuetudine, sed super jure. Atque ita defectus animus consuetudinis introducenda, ut formaliter inquit Jo. Andr. in d. c. unico num. 2. in ver. Nolunt, & consequenter Pontifex hic non fundasset suam decisionem in eo, quod statutum Capituli esset contra consuetudinem Ecclesie Trecentis, sed potius in eo, quod esset contra jus commune. Facit quod notat Innoc. Holt. & alii in c. 1. *infr. de refer. ubi tenent de rescripto vel privilegio idem continente quod jus commune, non oportere mentionem facere in secundo rescripto vel privilegio. Et idem in statuto vel consuetudine disponente idem, quod jus commune, determinat gloss. notat. in c. 1. in ver. Facit de Consuet. lib. 6. quem sequuntur ibi Gemin. col. 1. in 2. oppos. & Franc. col. 7. *vers. In ea glossa.**
- 12. Tertia & communis lectura est, quod antiqua consuetudo hic disponeret contra jus commune, ut Canonici redditus Canoniarum perciperent in absentia. Et secundum hanc lecturam statutum, ut antiqui Canonici absentes possent fructus percipere, erat conforme consuetudini, sed contra jus commune. Sed in ea parte, in qua statuerat, ut Canonici juniores nihil perciperent in absentia, erat contra consuetudinem, sed consonabat juri communi dispositioni. Et juxta hanc lecturam mandat, ut in hoc juniores conquirentur antiqui, ita ut omnes in absentia fructus percipiant. Et casum pone sic: Vigebat consuetudo in Ecclesia Curceni, ut Canonici omnes in absentia possent fructus percipere & cultibus prebendis essent annexae vineae. Canonici antiqui in ea Ecclesia tunc existentes statuerunt, ut idem antiqui perciperent fructus ut prius; novi autem supervenientes nihil haberent. Item ut vineae decedentium dividerentur inter antiquos & non transiret ad successores. Canonici postea recepti de hoc conquisiti fuit Papp. qui considerans predicti statuti irrationabilitatem, eod. quod jus disponat, & naturalis ratio dicitur, ut quod quicque juris in alium ita ut, servet in seipso; Et Sapiens dicat auctoritas, Patere legem. Praecipit statum casari, & omnes ad consuetudinem antiquam reduci. Ex juxta hanc lecturam summario sic secundum gloss. Joan. Andr. & alios communitur. Constitutio Capituli, quae non est communis omnibus, & per quam tollitur antiqua consuetudo, non valet. Vel sic, Non valet constitutio collegii in damnationem aliorum, cessante rationabili causa. Vel aliter sic, secundum Abb. & Felin. Abique rationabili causa non potest major pars Capituli tollere consuetudinem, utilitatem privatam nutriendo. Hoc dicit. Et dividitur in duas partes. In prima recitat duo statuta successivè facta. In secunda duplici ratione utrumque cassari mandat, ibi *Cum igitur.*
- 13. Nota prima valde consuetudinem non respiciendi, & percipiendi fructus beneficii in absentia, de quo est textus optimus hic, qui ad hoc quotidie a Doctoribus allegatur. Et per hanc litteram tenet hic gloss. fin. Item gloss. penult. in Dudum; il 2. de elec. & gloss. 1. in c. Ad audientiam de Cler. non resident. Abb. & Dec. hic ambo num. 1. in 1. notat. Sed tu plenius distingue. Nam, aut queritur an ejusmodi consuetudo valeat in beneficiis simplicibus. Aut queritur an valeat in beneficiis in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis. Aut demum an valeat in beneficiis curam animarum habentibus.
- 14. Circa primum, quomvis de jure communi scripto beneficia omnia residentiam requirant, ut in c. Insuper ordinata de prob. & in c. Conquerente de Cler. non resident. & notat Innocentius in c. fin. in fine & ibi Abb. num. 3. eodem tit. & Abb. in c. Extirpanda, §. Qui vero num. 30. *vers. Nam beneficium quantumcumque minimum de jure communi requirit residentiam de prob. Oldrad. conf. 142. In Ecclesia Calaguritan. num. 3. vers. Eji dicitur, Rebuff. in traxi tit. Dispensatio de non residentibus num. 7. & sequent. Quia propter officium datur beneficium, cap. fin. de rescriptis lib. 6. Feder. de Senis conf. 246. in princ. & beneficia omnia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sunt instituta, in decreto Concilii Tridentini c. 3. sess. 21. Abb. ubi supra num. 32. ad finem, tamen generalis consuetudo noleat, ut beneficia simplicia personalem residentiam non requirant, ut testatur Lap. alleg. 118. num. 1. *prope finem, vers. sed nec etiam.* Oldrad. loco cit. Abb. hic in 1. notat. & conf. 47. in princ. lib. 2. Rebuff. ubi supra num. 8. E. Rota apud Card. Seraph. deici. 639. num. 5. Sed satis est esse deservire per substitutum, Anchar. conf. 233. num. 3. Quis quidem consuetudo hodie videtur approbata in c. Gratia de refer. lib. 6. & in Clem. Gratia eodem tit. eamque validam esse tenent utrobique gloss. & Doctores, & est communis opinio, ut testatur Abb. in d. §. Qui vero num. 31. de prob. Hinc Episcopus Vintimientem alias petenti ut ob Sacerdotum Parochorum penuriam, ac popu-*

li frequentiam posset revocare Presbyteros absentes habitantes in Diocesi unde viverent, atque in primis obtinentes Capellanas, ac beneficia simplicia, eoque cogere in Diocesi permanere: S. Congregatio Concilii censuit non concedendum, licet Anton. de Butr. c. fin. num. 4. *vers. Secundus casus inf. de Cler. non resident.* post Innoc. dicit absentes revocari posse ob Clericorum penuriam, etiam si obtineant beneficia personalem residentiam non requirant, argum. c. Quia frater 7. qui 1. An autem valeat consuetudo obtinendi plura beneficia simplicia, si unam sit sufficientem ad sustentationem, vide Abbatem pluribus concludentem non valere tanquam irrationabilem & impracticabilem in eod. §. Qui vero num. 36. *vers. Aut quatuor de beneficiis simplicibus.* Cujus opinio videtur hodie approbata a Concilio Tridentino in cap. 17. sess. 24.

Circa secundum duo casus sunt distinguendi: Primus est, an valeat consuetudo secundum quam obtinentes in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis Dignitates, Canonici, aut portiones percipiunt in absentia fructus prebende. Secundus est, an valeat consuetudo: secundum quam idem percipiunt in absentia distributiones quotidianas.

In primo casu Doctores communiter tenent de jure validam esse hujusmodi consuetudinem, quia de hoc est textus clarus hic; & tenent gloss. praerogative sup. num. 11. Innoc. Holtien. Joan. Andr. & omnes hic Abb. post alios in d. cap. Extirpanda, §. Qui vero num. 31. *vers. Quoad secundum.* Limitat primo hanc conclusionem Innocentius in c. Ego tuae de Cler. non resident. Ut non procedat, si Clericus vagetur, quia tunc potest ad residentiam revocari: etiam beneficium personalem residentiam non requirit; & privati, si mortuus non redierit, quia sufficit delictum vagationis ad privationem; c. Non oportet Episcopum, & cap. sess. 6. qu. 1. Et ita sentit Innoc. non valere consuetudinem non respiciendi dicitur ex non residentia, pro ut illum intelligit, & sequitur Abb. in d. §. Qui vero num. 32. *vers. An potest esse limitatio, & Dec. hic in 2. leib. num. 5.* Delude limitat eandem conclusionem Holtien. hic. num. 10. dummodo Canonici absentes per Vicarium vel alios Ecclesie deserviant; alioquin parat consuetudinem non valere tanquam consuetudinem destitueretur ministris, alias tenet consuetudinem percipiendi fructus in absentia valet, quia quilibet Clericus absentes per substitutos non interserviat; quia quilibet Clericus, ex quo in sortem Domini assumptus est, interservit Ecclesie universali, ut notat Inno. in c. fin. de Cler. non resident. Et hic ipsum post Goffred. & Alan. firmat idem Abb. in d. c. Extirpanda, §. Qui vero num. 31. *vers. Sed ad universalem est de prob.*

Verum hodie cessant hujusmodi ambages, quia consuetudo interserviri per substitutum, & fructus in absentia percipiendi in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, expresse sublata est a Concilio Tridentino in cap. 12. *vers. Praeterea, sess. 24.* ubi statuitur, ut obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonici, aut prebendas, aut portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse; salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt, alioquin primo anno privetur unaliquique dimidia parte fructuum, quos ratione etiam prebende, ac residentie facit suos. Quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente vero contumacia, contra eos juxta sacrorum Canonum Constitutiones procedatur: id est, ad privationem, ad quam in totum non est procedendum, nisi lapsu trium annorum spatio, ut S. Congregatio declaravit. Et *infr. in. §. Omnes vero*, expresse disponitur, ut omnes divina per se & non per substitutos compellantur obire officia. Atque ita eo decreto corrigitur textus notest, quatenus praecipit ab omnibus aequaliter servandam esse consuetudinem, secundum quam Canonici non residentes perciperent fructus prebendarum in absentia. Item corrigitur opinio Holtien. exilimantis consuetudinem esse validam eo casu, in quo Canonici absentes interserviant per substitutum. Ac demum corrigitur opinio Goffredi, Alani, & Abbat. tenentium valere consuetudinem hanc; etiam si absentes per Vicarium non deserviant, excepto casu, in quo Ecclesia esset ministris destituta. Nam ex Concilio absentes ultra tres menses, privandi sunt fructibus, etiam si interserviant per alios; & sive Ecclesia abundet ministris, sive non & tollitur quaevis contraria consuetudo.

Hinc cum essent Canonici in Ecclesiis Parochialibus & Collegiatis Aquileiensi. Diocesis, in quibus Canonici deservierunt per substitutum ante Concilium Tridentinum, si-

